Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47060
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

PRIVILEGIA Á SECVLARIBVS PRINCIPIBVS MONASTERIO STAMBS CONCESSA.

Adolphus Rex Romanorum.

Q3. Concessit duabus litteris unius tenoris, quod de propriis hominibus eius, & sub dominio eius possumus possidere pro proprio quod est feudum. j 294. N.

Albertus Dux Austriæ.

Q8 N.5. Confirmat omnes collationes, fundationes, gratias, concessiones, exemptiones, iura, literas, instrumenta & priuilegia, & omnia nobis indulta à prædecessoribus suis. j 370.

Q10. Idem Albertus confirmationem prædictam innouat per omnia pro se, & suis nepotibus, & hæredibus universis. j 387.

Albertus Comes Goriciæ & Tyrolis.

Q11 N.2. Pecturas nostras à theloneo liberauit. j 319.

Albertus Comes & Monte Sancto p.

Q13 N.4. Fuit Doming in Bludenz, & liberauit nos à theloneo. j 388.

Berchtoldus de Nissen.

Q12 N.3. Concedit nobis quicquid emerimus à nobilibus & propriis hominibus, quod erat ab eo feudum, amodo pro proprio habeamus, sub certis exceptionibus. j 313.

Ernestus Archidux Austriæ.

Q12 Confirmat omnia priuilegia, & libertates à suis prædecessoribus nobis indultas. j 412.

2.

Concedit nobis ut omnia necessaria ad Monasterium ntm ducere possimus absq; theloneo in tota Tyroli. j 415.

Ferdinandus Rex Romanorum.

Solenniter confirmauit omnia nostra priuilegia, & si quæ litteræ pericrunt in depædatione Monasterii per Schmalcaldianos, præcepit indagari in Registratura Cancellariæ Tyrolensis. Et quo uiolauerit scienter nostra priuilegia, multandus est 60 marcis auri, cuius multæ pars media cedat Cameræ, altera Monasterio, inuiolabiliter seu irremissibiliter soluenda. j 585.

Ferdinandus Archidux Austriæ.

Eodem modo, & eadem pœna taxata confirmauit nostra priuilegia. j 567.

2.

Decretum eiusdem ad Præfectum in Seersperg, ne Monasterium nostrum quomodolibet grauare attentet.

Fridericus Rex Romanorum.

Confirmat nobis omnia iura, libertates, priuilegia, donationes & gratias. j 458.

Q14. N.1. Idem pro nobis scripsit ciuitatibus imperii. j 458.

2.

Q18 N.8. Idem per totum Romanum imperium res Monasterii liberauit à theloneo, & quouis alio grauamine. j 489.

Fridericus Archidux Austriæ.

Liberauit nos à theloneo non tm quoad victualia, sed etiam quoad quæuis bona ad Mondum, uel de Monasterio uehenda. j 409.

2.

Idem concessit quod possumus colligere lapides super arenam Oeni, & cedere ligna in siluis, & in Angeis pro Arcbis contra Oenum & ea deducere p agros & prata quæcumcunq; à festo Michaelis usq; Georgii.

3.

Idem concessit omnibus Officialibus in Mais sentibus & futuris, quod cum uno famulo ad necessitatem eorum pisciari possunt in Athesi, & alibi aqui. & præcipit præsentibus Burggraviis & futuris, ut in ipsa sua gratia & libertate nos defendant perpetuè.

4

Idem fundauit Nissam Ducis. j 409.